



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Dispvatio CXV. De neceßitate gratiæ ad servandam legem naturalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

DISPUTATIO CXV.

De necessitate gratia ad servandam legem naturalem.



DIXIMVS posse hominem sine gratia, seu speciali Dei auxilio bonum opus naturale exercere, imò nobilissimum etiam actum amoris Dei, non in naturâ tantum integrâ, sed etiam purâ & lapsâ elicere. His ergo expeditis difficultatem nunc universaliorē proponimus, utrū scilicet possit quis sine gratiâ totam legem implere, præceptâ quo omnia naturalia servare: in quo non minor est opinionum diversitas, quàm in præcedentibus.

SECTIO PRIMA.

Premittuntur quædam præsertim circa gratiam habitualem.

I.
Loquimur de adimplentione legis sine peccato mortali.



SERMO imprimis est de adimplentione legis sine peccato mortali commissionē, non venialis. Secundò de implentione non meritoriâ, seu prout oportet, sed merè naturali, & quoad substantiam operis, ut aiunt,

vel de adimplentione sufficiente ad non peccandum, non de fructuosâ ad vitam æternam. Tertio de statu naturæ lapsæ, nam in naturâ integrâ juxta sanctum Augustinum de Corrupt. & Gratiâ, c. 10. & sanctum Thomam, S. Bonaventuram, & communem Theologorum sententiam potuisset homo longo tempore stare sine peccato, cum & principium per se necessarium in illo statu haberet ad totam naturæ legem servandam, & neque motus contra rationem insurgentes, nec ulla essent impedimenta, quæ legis observationem valde difficilem redderent, utpote quæ ex peccato originali originem duxerunt. Unde sicut in illo statu potestas erat non moriendi corporaliter, ita nec spiritaliter. Quartò de præceptis merè naturalibus loquimur, nam ad præcepta supernaturalia Fidei, Spei, Charitatis, &c. servanda, non est dubium quin requiratur gratia.

Loquimur in præsentem, non de naturâ integrâ, sed lapsâ.

II.
Gratia habitualis ad observationem præceptorum naturalium, ex naturâ rei non requiritur.

Deinde notandum ad præcepta naturalia servanda gratiam habitualem ex naturâ rei non requiri, utpote quæ non est principium agendi, sed solum tollit maculam peccati, non verò infirmitatem naturæ ex peccato, vel originali vel actibus contractam. Unde experientiâ constat hominem vitis diu innutritum, postquam gratiam in Sacramento accipit, æquè pronum ad vitia manere, & æquè vivas in se passiones & inclinationes ad malum experiri, atque ante susceptum Sacramentum. Ratio hujus est, nam juxta receptam à Theologis doctrinam, habitus supernaturales non dant faciliè posse, sed solum simpliciter.

III.
Gratia tamen habitualis ex divinis ordinibus.

Dixi ex naturâ rei: ex lege enim & ordinatione divinâ exigi tanquam conditionem gratiam habitualem affirmant Theologi, Suarez hic, lib. 1. cap. 27. num. 18. Vasquez Disp. 196. hic con-

K. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. 1.

mitanter eam requirens, ille antecedenter, Tanagerus hic, Disput. 6. quæst. 3. dub. 5. num. 140. Valentia, Bellarminus, Molina, & alii: & videtur mens Divi Thomæ hic, art. 4. Unde S. Augustinus lib. de Catechizandis rudibus, cap. ultimo ait: Non implet legem, nisi qui Dominum acceperit Spiritum Sanctum, Patri & Filio æqualem; hæc ille: accipitur autem Spiritus Sanctus per gratiam habitualem & infusionem charitatis. Clariùs verò hoc docet idem S. Augustinus de Spiritu & Literâ, cap. 26. ubi loquens de illo Apostoli ad Rom. 2. vers. 13. Factores legis justificabuntur; sic, inquit, intelligendum est Factores legis justificabuntur, ut sciamus eos non aliter esse factores legis, nisi justificentur, ut non justificatio factoribus accedat, sed factores legis justificatio precedat. Ratio autem est quia ad peccata omnia vitanda requiritur peculiaris favor, seu auxilia specialia, ut videbimus, quæ Deus regulariter non nisi amicis impertiri solet, utpote quorum specialem curam gerit.

natione tantam quam requiritur, ut quis diu servet hæc mandata.

Clare docet S. Augustinus ad observationem mandatorum requiri gratiam habitualementem.

Si tamen Deus auxilia actualia eadem daret alicui sine gratiâ habituali, quæ dat eam habenti, non minus sortirentur effectum: sicut calor in materiâ, licet abesset forma ignis. Imò licet auxilia specialia quæ de facto dantur ad tentationes superandas, & mandata servanda frequenter sint supernaturalia, fundata nimirum in fide, ut bene advertit Suarez num. 15. Fidei siquidem, concupiscentiæ & diaboli victoriam passim tribuit Scriptura, sic primæ Petri 5. v. 9. Cui resistite fortes in Fide: Fides ad Ephesios etiam 6. vocatur Scutum, & alia hujusmodi: denique connaturalius videtur, ut in statu naturæ elevatæ omne auxilium speciale sit supernaturale, cum hoc modo melius conducatur ad finem, ad quem homines jam ordinantur; licet, inquam, hæc auxilia de facto sint supernaturalia, est tamen possibilis series illuminationum & auxiliorum naturalium, per quæ, si darentur, superaretur difficultas proveniens ex concupiscentiâ, & tentationibus in naturâ lapsâ, cum illuminationes naturales immitti possint æquè claræ quoad entitatem, atque intensæ, & consequenter æquè aptæ ad movendum, ac sunt illuminationes supernaturales.

IV.
Si eadem auxilia darentur sine gratiâ habituali, non minus juvarent ad legem servandam.

Possibile est series illuminationum naturalium, per quas tolli possent difficultates servandi mandata.

Quod tamen de gratiâ habituali requisitâ dixi, intelligi debet cum Vega de justificatione q. 13. & aliis, de illâ, non semper in facto esse, sed in fieri, quod tunc contingit quando quis dolet de peccatis

V.
Gratia tamen habitualis ad hunc effectum peccatis

non semper
requiritur
in facto esse,
sed sufficit
aliquando
in fieri.

peccatis, & cum in statu quodam penitentia sit, serio se disponit ad gratiam. Quod addo propter duplicem antiquam consuetudinem Ecclesie, quae olim & Catechumenis diu differebat Baptismi collationem, & lapsis in gravia quaedam & publica peccata fidelibus publice confessis, non nisi post diuturnum tempus administrabat Sacramentum Penitentiae.

VI.
Pud crediti
potest, Deum
interdum pe-
culiare auxi-
lium infideli
côcedere ad
gravem ali-
quam tentati-
onem vincen-
dam.

Diutius legem
servare sine
gratiâ potest
fidelis, quam
infidelis.

VI. Addit Suarez num. 27. credibile esse Deum subinde, ex peculiari misericordia, infideli, vel haeretico speciale aliquod auxilium conferre ad gravem aliquam tentationem superandam: qui etiam ait diutius posse fidelem in peccato existentem servare mandata sine gratiâ habituali, quam infidelem, cum Fides ipsa plura ipsi media & rationes ad hoc subministrat. Imò inter ipsos fideles inter se comparatos, vel etiam infideles, non sunt idem limites temporis praefigendi; quod enim uni est longum tempus ob varias peccandi occasiones, & maximam ad quaedam vitia inclinationem naturalem, alteri melius disposito erit breve.

SECTIO SECUNDA.

Positne homo sine gratiâ totam legem naturalem implere.

I.
Sermo est de
gratiâ actu-
ali.

I. HIs ergo positis inquirendum restat, an possit quis sine gratiâ actuali, seu solis naturae viribus totam legem naturalem servare. Qua in re nonnulli ex antiquis Theologis in eâ fuisse videntur sententiâ, ut dicerent posse hominem solis arbitrii viribus totam legem naturalem servare, omniaque contra eam peccata vitare. Sic loquitur Scotus in 2. d. 28. q. unicâ, Durandus ibidem q. 3. & 4. & Gabriel, ita ut omnis omnino gratiae, non habitualis tantum, sed etiam actualis opem excludere videantur. Hos tamen Vasquez hic d. 189. excusat, asserens loqui eos de solâ gratiâ habituali. Unde num. 3. ait neminem se reperire doctorem catholicum, qui illam sententiam doceat.

Prima sen-
tentia ait
posse sine o-
mnino gratiâ
totam legem
servari.

II.
Nullus sine
gratiâ praec-
epta omnia
naturalia longo
tempore ser-
vare potest.

II. Communis itaque & vera Theologorum sententia est, non posse hominem lapsum solis naturae viribus praecpta omnia naturalia longo tempore servare, nec peccata omnia contra eam sine gratiae adminiculo fugere: ita S. Thomas hic q. 109. art. 4. & 8. & q. 14. de veritate art. 12. quem sequitur Cajetanus, & Thomista, Magister in 2. dist. 26. & deinceps, ubi etiam S. Bonaventura & alii antiqui, Soto lib. 1. de naturâ & gratiâ cap. 22. Bellarminus lib. 5. de gratiâ cap. 2. & 5. Valentia hic q. 1. punct. 5. p. 2. Suarez lib. 1. cap. 26. Stapletonus lib. 2. de justificatione cap. 13. Molina in concordia q. 14. art. 13. disp. 17. & 18. Tannerus 12. d. 6. q. 3. dub. 5. & recentiores communiter.

III.
Divina Li-
tera obser-
vationem
mandatorum
sua, & faciam
ut in praec-
epto meo am-
buleris: item
ad Romanos 8. v. 3. ait
Apostolus, Nam quod
impossibile erat legi
(seu naturae
instructae per legem)
in quo infirmabatur
per carnem, Deus
Filium suum mit-
tens in similitudinem
carnis peccati, & de
peccato danna-
vit peccatum in carne,
ut justificatio legis
impleretur in nobis
&c. Idem probat S.
Augustinus lib. de
spiritu & literâ, cap. 14.
ex illo 2. ad Corinthios
3. v. 6. Litera occidit
(nempe lex in tabulis
lapideis scripta) spiritus
autem vivificat, ubi ostendit

Docet S. Au-
gustinus sine
gratiâ totam
legem obser-
vare non
posse.

III. Probatur primò: Scriptura etenim ubique observationem legis tribuit gratiae: sic Ezech. 36. v. 27. dicitur, Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam ut in praecpto meo ambuletis: item ad Romanos 8. v. 3. ait Apostolus, Nam quod impossibile erat legi (seu naturae instructae per legem) in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato danna- vit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis &c. Idem probat S. Augustinus lib. de spiritu & literâ, cap. 14. ex illo 2. ad Corinthios 3. v. 6. Litera occidit (nempe lex in tabulis lapideis scripta) spiritus autem vivificat, ubi ostendit

S. Doctor Apostolum per literam intelligere ipsum Decalogum; quare sola lex Decalogi secundum Apostolum & sanctum Augustinum sine gratiâ occasionem praebet peccandi, & hoc sensu occidit: qua etiam ratione dicit Apostolus ad Romanos 4. v. 15. Lex iram operatur: quod tamen verum non esset, si lex tota sine gratiâ servari posset.

Hoc ipsum etiam testantur Concilia, quae expressè definiunt voluntatem nostram sine gratiâ Dei non habere ex se sufficientem potestatem ad non peccandum. Sic in Concilio Milevitano can. 5. definitur, gratiam Dei necessariam esse non solum ut remittantur peccata praeterita, sed etiam ut vitentur futura. Clarissimè idem affirmant Patres Africani in Epistola ad Innocentium Papam, Unde, inquit, satis apparet, quod ad non peccandum, id est ad non male faciendum, quamvis esse non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen ejus potestas non sufficit, nisi adjuvetur infirmitas.

Fundant se verò Patres & Concilia, tum in locis Scripturae superius allatis, tum in cap. illo 7. ad Romanos, ex quo naturae nostrae infirmitatem & gratiae indigentiam colligunt; ibi enim postquam varia de naturae ad servandam legem imbecillitate dixisset Apostolus, & quomodo lex, seu natura instructa per legem vitare nequeat peccata, sed occasionem potius peccandi subministrat, tandem sic concludit: Sentio, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae (legi scilicet naturali) & captivum me ducentem in legem peccati: tunc exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus; & respondet, Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: Ubi utrumque, & naturae scilicet infirmitatem ad legem servandam, tentationesque vincendas, & gratiae virtutem aperte indicat. Videatur Bellarminus lib. 5. de gratiâ & libero arbitrio cap. 5. ubi plurima in hanc rem congerit Scripturae, Conciliorum & sanctorum Patrum testimonia.

IV.
Ex Concilio
habetur, ad
non peccan-
dum non suffi-
cere solam vi-
res liberi ar-
bitrii.

V.
In quo praeci-
pue funda-
ntur Con-
cilia & Pa-
tres, dum
gratiam ad
mandatorum
observantiam
necessariam
esse asserunt.

SECTIO TERTIA.

Ratio probabilis cur nequeat quis totam legem naturalem naturae viribus implere.

AUCTORITATE, ut vidimus ex divinis Literis Conciliorumque & sanctorum Patrum testimoniis desumptâ, haud difficile est hanc veritatem stabilire, in ratione tamen ejus reddendâ non parum laborant Theologi, & facilius est singulorum rationes refellere, quam aliquam, quae plenè satisfaciât statuere. Ratio itaque una probabilis mihi videtur, quia intra diuturnum tempus occurreret gravis aliqua tentatio, quae naturae viribus superari non potest; quae proinde quoties occurrit, homo nisi divinâ gratiâ confortetur, semper eidem consentiet, & cadet: ita Bellarminus lib. 5. de gratiâ, cap. 6. Lorea hic lib. 4. & nonnulli ex recentioribus. Quod verò ejusmodi sint tentationes probatur ex illo 1. ad Corinthios 10. v. 13. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: ex quo infert S. Chrysostomus homilia 24. esse aliquas tentationes in se adeo vehementes ut vires nostras superent.

Idem docent alii Patres, sic enim loquitur Innocentius Papa in Epistola ad Concilium Carthaginense: Nisi, inquit, magnis precibus gratia in assignare vi-

I.
Ratio hujus
rei probabi-
lis est, quia
intra diu-
turnum
tempus gra-
vis aliqua
tentatio oc-
curreret, cui
homo sine
gratiâ con-
sentiât.

II.
Hanc ratio-
nem passim
nos im-

*Antur Pa-
eres, dum
impotenti-
am non peccat
refundunt
in gravita-
tem tenta-
tionum.*

nos implorata descendat, nequiquam terrena Libus & mundani corporis vincere conatur errores, cum patet nos ad resistendum, non liberum arbitrium, sed Dei solum posse facere auxilium. Tanderu hoc insinuant Patres omnes, dum universim hanc impotentiam in infirmitatem & imbecillitatem naturæ humanæ refundunt, & tentationum gravitatem, quam vincere sine divino auxilio non possumus. Unde sanctus Augustinus lib. de correptione & gratia cap. 13. hac de causa ait amissam quodammodo fuisse per peccatum libertatem. Eodem modo loquitur S. Prosper, Fulgentius, Bernardus, & alii Patres. Confirmatur: multæ enim sunt tentationes adeo vehementes, ut etiam divinâ gratiâ muniti, imò iusti frequenter expugnentur: nil ergo mirum, si sæpius occurrant tentationes, licet non adeo graves ac istæ, quibus natura sola suis viribus par esse nequeat.

III.

*Dicitur: Si
tentatio tol-
las potentiam
resistendi tol-
lis potentiam
peccandi.*

Dices: si non possit quis resistere tentationi gravi, ergo non peccat ei cedendo, vehementia liquidem, quæ tollit potentiam resistendi, tollit eadem operâ potentiam peccandi, cum tollat libertatem; sic enim S. Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. Si laboriosum est, inquit, omnia mandare memoria, hoc brevissimum tene, quæcumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur.

IV.

*Nulla modo
dici debet
tentationis,
quibus ho-
mines ple-
rumque ce-
dunt, tollere
libertatem.*

Molina in Concordia q. 14. art. 13. d. 19. concedere videtur consequentiam, & probabile iudicat, gravem tentationem tollere potentiam physicam & antecedentem ad resistendum, sicque ait hominem tentationi illi cedendo non peccare. At sanè licet de gravissimâ aliquâ tentatione id dici nonnunquam possit, quæ nimirum suâ vehementiâ hominem subinde de statu mentis deturbat, at verò de tentationibus, quibus plerumque homines petuntur, iisque succumbunt, dici id nullo modo potest; Patres liquidem dum de infirmitate naturæ humanæ ad resistendum tentationibus loquuntur, talem semper nobis describunt, quæ cedendo peccet. Quod ulterius ostenditur, nam aliqui possent homines inter vehementissimas etiam tentationes gratiam habituales retinere, & in iustitiâ persistere, imò eò magis, quò tentatio est vehementior, cedendo enim non peccant, & consequenter à sanctitate ante habitâ secundum hunc dicendi modum non excidunt.

V.

*Debet in
naturâ esse
vires phy-
sica ad non
peccandum.*

Respondent alii secundò: nullam esse tentationem, etiam gravem, cui non possit homo lapsus resistere, non tamen per suas vires, sed per gratiam; hoc autem sufficit, inquit, ut habeat simpliciter potentiam non peccandi. Sed contrâ; hinc enim sequitur eum cui Deus non daret gratiam, hominem scilicet in pura natura constitutum non posse resistere tentationi, & consequenter quotiescunque eidem cedit, non peccare, quod tamen dici non potest, cum in statu naturæ puræ obligaret etiam lex naturalis. Quod verò insinuat Alvarez, voluntatem omni gratiâ orbatam, & sibi relictam, cum occurrit tentatio, necessariò peccare, & peccatum illud imputari ad culpam & pœnam, non video qua ratione dici possit: imò non satis recedere videtur à propositione 671. Michaëlis Baii damnatâ à Gregorio 13. quæ sic habebat, Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo quod necessariò facit.

VI.

*Quansum-
vis gravis
sit tentatio,
potest homo
eam absoluta
de & physice
superare.*

Ad objectionem itaque Respondetur integram semper persistere homini, etiam in naturâ lapsa potentiam physicam resistendi huic tentationi, ac proinde habere ipsam libertatem, ratione cuius est simpliciter in illius potestate non consentire.

R.P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

Quòd autem dicimus est, tantam esse infirmitatem in naturâ humanâ ut quoties in tali gradu vehementiæ secundum diversam hominum dispositionem occurrit tentatio, sit homo consenturus, nec eam possit solis naturæ viribus superare, impotentia, non physicâ, sed morali, seu quòd tentatio ejusmodi tantam secum afferat difficultatem, ut nunquam ei resistat voluntas sibi relicta, esto physicè & absolute resistere possit, nec Deus per scientiam mediam videt ullam voluntatem, quæ tentationi, talem gradum vehementiæ ac difficultatis juxta jam dicta de diversâ hominum dispositione, secum afferenti, sine gratiâ resisteret.

*Impotentia
vincendi
hujusmodi
tentationem
est tantum
moralis.*

Est ergo in homine, naturæ suæ relicto impotentia ad hujusmodi tentationem vincendam, & consequenter necessitas quædam ei cedendi, quod conforme est dicto illi sancti Augustini supra alato, amissam scilicet fuisse quodammodo per peccatum libertatem non peccandi. Non ergo sublata est libertas physica, sed moralis, quod est libertatem non simpliciter sed quodammodo auferri, simpliciter enim manet, cum sit physica potentia non peccandi, & impotentia solum moralis. Hæc verò impotentia seu necessitas moralis est antecedens partim, partim consequens: antecedens, quatenus tentatio illa talem secum affert gradum difficultatis; consequens, quia de facto eâ oblata difficultate semper expugnantur homines, & tentationi succumbunt, nec Deus, ut Dixi, unquam videt contrarium futurum: qua de causa dicitur impossibilitas, & necessitas moralis.

VII.
*Quamvis
sit libertas
physica &
absoluta ad
non cedendum
illi tenta-
tioni, est
tamen ne-
cessitas mo-
ralis ei suc-
cumbendi.*

*Hæc neces-
sitas est par-
tim antec-
dens, partim
consequens.*

SECTIO QUARTA.

Argumenta quadam concedentia,
posse hominem sine gratiâ
servare totam legem na-
turalem.

OBIECTES primò cum Suario cap. 26. n. 10. non videri impossibile, ut per diuturnum etiam tempus, non occurrat ejusmodi gravis tentatio, sed leviores tantum, & quæ naturæ viribus singulæ vinci possunt, ergo in illo casu sequetur posse hominem naturæ viribus tentationes omnes superare, & totam legem diu servare. Recusetur de lege ordinariâ non posse hoc contingere: unde si Deus id alicui concederet, foret peculiaris gratia, & protectio singularis, qua nimirum & externa objecta ita amoverentur, aut cohiberetur fomes internus, ut gravis aliqua turbatio per longum tempus non oriretur. Sanè hoc multò magis mirum foret, quàm quod per tempus aliquod diuturnum mare tempestate aliqua non turbaretur, cum multò pluribus pateat homo tum internis, tum externis tentationibus, quàm mare procellis. Quare sanctus Augustinus lib. 50. homiliarum, homilia 23. providentiæ divinæ tribuit quod homines sæpè gravius non tententur, & idein insinuat Divus Paulus loco suprâ citato.

I.
*Sine prote-
ctione Dei
singulari
contingere
non potest,
ut intra di-
uturnum
tempus gra-
vis tentatio
non occur-
rat.*

*Divina Pro-
videntia tri-
buit S. Au-
gustinus,
quòd homi-
nes sæpè gra-
vius non ten-
tentur.*

Urgebis: Concilia ut quis per diuturnum tempus omnia peccata vitet, non gratiam solum externæ protectionis requirunt, & providentiam in eo genere singularem, sed ulterius gratiam sanctæ inspirationis, & auxilium internum. Respondetur nos illud non negare, imò de facto admittimus hoc

II.
*De facto ad
legem servan-
dam requi-
ritur gratia
aliqua spe-
cialis.*



mus hoc esse necessarium, quia de facto semper intra aliquod tempus occurrunt tentationes graves, iis præsertim qui nullam vel exiguam animæ suæ curam gerunt: at si Deus per singularem illam providentiam tentationes omnes arceret, tunc posset quis suis viribus legem naturalem diu servare, ut initio sectionis primæ cum communi sententiâ diximus de naturâ integrâ.

III. *In quibusdam gratiâ sanctæ inspirationis est simul gratiâ specialis protectionis.*

Adde, sæpè in viris præsertim bonis auxilium illud internum, seu gratiâ sanctæ inspirationis esse simul gratiâ specialis providentiæ: dum enim ingruente jam tentatione statim per gratiâ hanc internam quis ei resistit, & prius illam repellit, quàm ad magnam vehementiam pervenerit, per hanc gratiâ protegitur ne gravius tentetur, cum tamen in alio qui vel ejusmodi gratiâ non habet, vel eâ non utitur, nec tentationem jam quasi nascentem repellit, paulatim crescat, & aperta quasi portâ, tota in eum irruat, ac demum expugnet. Est ergo hoc auxilium internum gratiâ sanctæ inspirationis respectu tentationis existentis, quam repellit, & protectionis respectu ejusdem ingravescentis, ne scilicet vehemens evadat.

IV. *Dicas: Hinc sequitur contra Patres & Concilia, gratiâ solum requiri ad mandata facilius observanda.*

Objicies secundò: hinc sequi solum esse necessariam gratiâ ad facilius servanda mandata, non ad ea simpliciter implenda, quod tamen videtur esse contra Patres damnantes Pelagium tanquam malè de gratiâ sentientem, qui nihilominus admittebat gratiâ conducere ad facilius servanda mandata, ut habetur in Concilio Milevitano can. 5. & Africano cap. 80. ergo censent Patres requiri gratiâ ad ea simpliciter implenda. Respondetur hoc argumentum ab omnibus solvi debere, cum nullus ponat in homine lapsò necessitatem simpliciter, seu physicam violandi aliquod mandatum, sed tantum moralem, licet diverso modo eam explicent.

V. *Respondetur Patres requirere gratiâ simpliciter solum ad fructuosam mandatorum observationem, seu prout oportet ad salutem.*

Respondetur itaque pro omni sententiâ primò, Patres cum illic agerent contra Pelagium, eo modo astruere necessitatem gratiâ, quo ille negabat, nempe ita ut eam requirerent ad justè vivendum, & mandata omnia tam naturalia quàm supernaturalia implenda, & ad vitam æternam promerendam, ut illorum Conciliorum dicta explicat Concilium Tridentinum sess. 6. can. 2. & factis insinuat Concilium Milevitanum loco proxime citato, ubi definitionis illius contra Pelagium rationem reddens hæc verba subjungit, *de fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur ubi non ait, sine me difficilius potestis facere, sed ait sine me nihil potestis facere.* Quæ verba necessariò intelligenda sunt juxta explicationem Concilii Tridentini, nempe *sicut oportet, seu prout conducit ad vitam æternam*, alioqui non solum omnia, sed nec ullum omnino mandatum, aut opus exorcere quis posset sine gratiâ, quod ut vidimus falsum est, & contra communem Theologorum sententiam.

VI. *Ideo à Patribus rejectus est Pelagius, quod non physici tantum, sed morales etiam statueret in hominibus potentiam ad mandata omnia naturalia servanda.*

Respondetur secundò: ideo rejectum esse Pelagium, quòd eam in tentationibus omnibus sine gratiâ superandis & mandatis explendis, difficultatem statueret, ut illam diceret non esse moraliter insuperabilem, sed licet quidem aliqua esset difficultas, sicut in expugnatione civitatis munitæ, non tamen esse impossibilitatem moralem, sed moralem possibilitatem, ac proinde non rarò aiebat contingere, ut homines lolis naturæ viribus totam legem servarent, & tentationibus omnibus occurrentibus, etiam gravibus, licet non sine aliqua difficultate resisterent, quòd tamen nos negamus, eamque difficultatem & impossibilitatem

tem astruimus, ut nunquam contingat quempiam sine subsidio gratiâ mandata omnia etiam naturalia servare.

Objicies tertio: hinc sequi, etiam justis impossibilem moraliter esse totius legis observationem, contra Tridentinum sess. 6. can. 22. sequela probatur, nam & ipsi frequenter peccant mortaliter, & mandata Dei violant. Respondetur hoc non magis nos quàm omnes urgere, cum omnes orthodoxi moralem impossibilitatem statuunt servandi mandata sine gratiâ. Dico itaque licet justis frequenter peccent mortaliter, hoc tamen non esse sufficiens ad impossibilitatem moralem non peccandi, sed talis ad hanc requiritur impotentia servandi mandata, ut nunquam, vel ut aliqui volunt, rarissimè contingat ea servari, quod tamen non accidit in justis, qui frequentissimè per diuturnum tempus, imò multi totâ vitâ gratiâ semel habitam conservant. Deinde Concilium loco citato in iis requirit auxilium speciale ad perseverandum in gratiâ, & mandata servandâ, ita ut sine eo perseverare nequeant, ergo vel hinc probatur non posse id aliquem præstare in naturâ purâ, vel lapsâ, & suis viribus relicta.

VII. *Ad mortalem non peccandi impossibilitatem non sufficit quid quis se peccet, sed ut mandata omnia rarissimè observet.*

SECTIO QUINTA.

Alia objectiones pro possibilitate servandi totam legem sine gratiâ.

OBJECIES quartò contra hanc impossibilitatem moralem, quam statuimus: mandata Dei juxta Scripturam non impossibilia solum non sunt, sed nec omnino difficilia: sic enim Deuteronomio 30. vers. 11. dicitur: *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi, non supra te est, nec procul positum, &c.* Respondetur primò mandata Dei ideo dici facilia, quia Deus nemini negat gratiâ ad eorum observationem requisitam, nisi per ipsum steterit: quo modo locum hunc explicat S. Augustinus lib. 1. de perfectione justitiæ, ubi ait, legem Dei non esse supra vires hominum, non quorumlibet, sed eorum qui per gratiâ sanati sunt ab amore proprio.

I. *Mandata Dei ideo dicuntur facilia, quia Deus nemini negat gratiâ.*

Secundò Respondetur, Moysen hoc loco non loqui de facilitate servandâ, sed cognoscendâ legis: dum ergo ait: *Mandatum hoc non supra te est, nec procul positum* sensus est, non est in loco aliquo alto & longinquo, ita ut illud cognoscere non possis; per quæ verba admonet illos, ne prætextu ignorantia, legem non observent: ita Abulensis in hunc locum, & alii. Quam explicationem confirmant verba sequentia, dum ait: *Mandatum hoc non est in celo situm, ut possis dicere, quis nostrum valet ad celum ascendere, ut deserat illud ad nos, ut audiamus atque ope compleamus, neque trans mare positum, ut auferis, & dicas quis ex nobis poterit transferre mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere quod præceptum est: sed juxta te est sermo, &c.*

II. *Moyses loquitur de facilitate servandâ, seu cognoscendâ legis.*

Objicies quintò: ergo infideles non habent auxilium sufficiens ad non peccandum longo tempore; ergo observatio mandatorum est iis impossibilis. Respondetur licet non habeant specialia illa auxilia, quæ mandata reddunt moraliter possibilem, habent tamen potentiam physicam ad non peccandum, per quam absolute possent non peccare; quòd vetò non habeant potentiam moralem per longum

Infideles bene potentiam physicam ad servandâ mandata, quòd sufficit ut absolute possint non peccare.

longum tempus servandi omnia mandata, seu tentationem gravem vincendi, solum sequitur Deum non uti peculiari illa cum iis misericordia, qua utitur cum fidelibus, maxime cum iustis. Sibi tamen imputare hoc debent infideles, tum quia vocationi ad Fidem non respondent, tum quia non faciunt ex sua parte, quod moraliter possunt, sicque Deus auxilia illa gratiae, quae aliis interdum largitur, iis non concedit.

IV. Objicies sextò: homines frequenter propter commodum aliquod temporale, ante oculos positum, ut aliam huiusmodi ob causam, res saepe difficillimas faciunt solis viribus naturae; ergo & per easdem vires superare tentationem aliquam gravem possunt; ergo & sine gratia servare diu totam legem naturalem. Respondetur cum Suarío hic, lib. 1. cap. 24. num. 38. negando primam consequentiam; bona enim ista sensibilia, utpote naturae hominis in hoc statu magis proportionata multò efficaciora, ut plurimum sunt ad eum movendum, quam ea quae merè habet per discursum; hæc namque, ut quotidiana docet experientia, minùs movent, quam illa: unde constat presentia longè magis homines ad se attrahere, quam absentia, licet hæc multò interdum sint maiora. Quod ex sancto Augustino lib. de Patientia, cap. 17. & 24. late probat Suarez num. 38. & trigésimo nono. Quare affectus honestatis, cum hæc sensu non percipiatur, & quod caput est, sensui plerumque repugnet, moraliter loquendo, in tentatione gravi nunquam prævalet. Et quamvis dedecus, aut alii respectus humani, ab externâ facti alicujus perpetratione hominem subinde coërceat, non tamen à peccato interno, quod oculis non patet.

Magis movent presentia, quam absentia, licet hæc sint aliquando maiora.

V. Urgebis: contingere potest; ut hæreticus quispiam, etsi unum vel alterum Fidei articulum neget, ita tamen alios credat, ut mortem etiam pro illorum defensione subeat, ut si Pelagianus aliquis moreretur ad testandum Christum verè esse in Eucharistia presentem. Ad hoc tamen dici potest, si hæreticus iste ad veritatem illam Fidei testandum ex pio aliquo affectu erga Deum, aut motivo simili moriatur, non id enim sine speciali aliquo auxilio gratiæ præstare: quod etiam docere videtur S. Augustinus lib. illo de Patientia, cap. 27. qui proinde ait factum illud esse donum Dei, licet non supernaturale, seu ejusmodi ut conducat ad vitam æternam: unde ibidem addit, *Alia esse Dei dona factorum illius Hierusalem qua sursum est*, &c.

VI. Objicies septimò: ad servandum mandatum, contra quod occurrit gravis tentatio, non est opus frequenter agere aliquid, sed merè non agere, gratia autem, seu auxilium peculiare non requiritur ad non agendum; ergo, &c. Respondetur: etsi in casu aliquo non sit opus auxilio speciali, imò nec ullo omnino auxilio ad omittendum præcisè, cum omisso non sit quid positivum, sed mera negatio, requiritur nihilominus auxilium aliquod prævium, cogitatio scilicet aliqua antecedens, quæ vel tentationis vires minuatur, vel hominis animus retardetur, aut etiam cohibeatur, quò minùs tentationi positivè consentiat. Adde licet pura omisso libera sit simpliciter possibilis, rarè tamen contingere, ut sine actu positivo quis in objectum propositum ferri recuset.

VII. Objicies octavò: si homo sine gratia non habeat potentiam moralem servandi totam legem, sed gravi huiusmodi tentatione occurrente, certò cadet; ergo desperare quis de legis observatione potest, & tali tentatione accedente animum despondere. Hæc objectio solum procedit de ho-

mine in purâ naturâ constituto; hominibus siquidem in hoc statu naturæ lapsæ, semper adest gratia, per quam tentationes quasque gravissimas superare possunt, sed nec in purâ naturâ est cur quispiam desperet: quamvis namque in eo statu homo ad finem supernaturalem non foret elevatus, est tamen possibilis series auxiliorum naturalium, per quæ tentationes omnes, etiam moraliter superari possint. Licet verò ex his multe sint hominibus planè indebitæ, si tamen quis in illis circumstantiis positus, & gravissimâ istiusmodi tentatione vexatus, opem à Deo conditore suo postulet, verissimile est benignissimum Dominum aliquid ex his auxiliis ei ex liberalitate concessurum. Idemque quoad hoc videtur de homino in purâ naturâ quoad auxilia specialia intra naturam, ac de homine lapsò quoad supernaturalia, & ad fructuosam legis observationem.

servari potest.

Si quis in purâ naturâ talia auxilia peteret, verissimile est Deum illud ei concessurum.

SECTIO SEXTA.

Alia ratio cur quis totam legem naturalem sine gratia servare nequeat: ubi etiam de peccatis venialibus.

ALIO etiam modo probari potest Conclusio supra posita, tentatio siquidem, licet non admodum semper gravis, si tamen diu duret, redditur sæpè insuperabilis moraliter viribus naturæ: quod enim illi deest de acrimoniâ habet in duratione & importunitate, per quam summam affert molestiam ac defatigationem, ratione cujus hominem tandem expugnat.

I. Tentationis gravitas diu tamen durans, sæpè hominem expugnat.

Idem est de pluribus tentationibus sibi succedentibus, quarum singulæ, licet si magno aliquo inter eas spatio interjecto occurrerent, non diffculter fortè superari possent, jam tamen unâ quasi ferie sibi invicem immediatè succedentes, ita hominem defatigant, ut tandem det manus: & hoc si sibi, ac viribus suis naturalibus relinquatur, moraliter loquendo semper contingit. Ratio verò est, quia cum unaquæque aliquid molestiæ afferat, secunda plus affert quam prima, magisque negotium facessit, tertia quam secunda, & sic deinceps, unde quinta vel sexta alias subsequens, & animo jam per priores fatigato accedens, cum superat; radium quippe illud quod in perpetuis hæc tentationibus patitur, influit intentionaliter cum ultimâ tentatione, & hoc titulo eam graviozem cæteris reddit, quamvis in entitate sit iis æqualis, imò subinde fortassis minor. Idem in aliis rebus naturalibus contingit, ut dum quis rem quam ab alio petit, licet primo non obtineat, si tamen eodem tenore in rogando persistat, tandem impetrat, & sic de cæteris.

II. Plures tentationes sibi invicem succedentes hominem defatigant, & vincunt.

Hinc constat quid ad quæstionem illam dicendum sit, utrum nimirum ad singulas tentationes vincendas requiratur gratia. Ad hoc namque conformiter ad dicta superius de opere bono morali, Respondeo negativè, eadem quippe est ratio utriusque; nec enim majores vires ad unum requiruntur, quam ad aliud.

III. Ad singulas tentationes vincendas non requiritur gratia.

Quæres: Utrum possit quis vitare omnia peccata venialia? S. Augustinus epist. 90. & S. Prosper lib. de Ingratis, cap. 9. referunt asseruisse Pelagium, posse hominem totâ vitâ à peccatis omnibus venialibus solis naturæ viribus abstinere,

IV. Dixit Pelagius posse omnia venialia per totâ vitam vitari.



V. *Sine speciali privilegio nullus in hoc statu vitare per totam vitam potest omnia venialia.*

Dicendum tamen, non solum hominem lapsum, viribus naturæ, sed nec iustum in hoc statu, per auxilia Dei ordinaria & sine speciali privilegio peccata omnia venialia vitare posse. Ratio est: tum quia sicut potest dari tentatio levis ad culpam gravem, ita & econtrâ tentatio gravis ad levem, mendacium jocosum exempli gratiâ; ergo sicut ad mortalia, ita & ad venialia peccata dari potest tentatio tam gravis, ut moraliter semper ei homo cedat. Secundo provenire hoc potest ex defatigatione; cum enim adeo crebræ irruant tentationes, ex tot tamque diversis occasionibus ortæ, homo tandem earum importunitate victus labitur. Tertiò hoc contingit ex impossibilitate partim antecedente, partim consequente, quæ latius explicabitur Sect. sequente.

VI. *Privilegium gloriofissima Virginis Dei Matris est, nullius unquam veniale peccatû admisisse.*

Queres secundo: Utrum de facto speciale hoc privilegium vitandi omnia venialia, ulli unquam fuerit concessum. Respondet sanctus Augustinus: *Exceptâ sanctâ Virgine MARIA, nullum Sanctorum habuisse hoc privilegium; sed omnes, inquit, si interrogarentur, unâ voce clamarent, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* De Beatâ Virgine autem id docet Concilium Tridentinum sess. 6. can. 23. Aliqui etiam putant nonnullos eximie sanctitatis peccata omnia venialia, quæ cum plenâ deliberatione fiunt per diuturnum tempus adeoque totâ vitâ evitasse. Imò Pater Suarez lib. 2. de Voto, cap. 7. cum aliis nonnullis asserit, ea omnia moraliter posse vitari.

SECTIO SEPTIMA.

Vtrum qui tentationes superare singulas potest, possit superare omnes.

I. *Tentationes ita occurrere debent, ut vires hominis plandè relinquant integras.*

QUÆSTIO supponit ita tentationes istas accedere, ut una non majorem afferat gravitatem & molestiam ex eo quòd reliquis immediatè sublequatur: si enim afferret, certum videtur non esse eandem rationem de singulis, ac de omnibus; hæc namque, si in iis aliis circumstantiis accessisset, posuisset physicè & moraliter vinci, jam tamen ratione majoris molestiæ, quam affert, vinci nequit, eo modo quo Sectione præcedente diximus. Supponimus ergo ita collectionem hanc tentationum, decem verbi gratiâ, vel duodecim occurrere, ut una tempore aliquo interposito succedat alteri, & hominis animum ita integrum ac vegetum, aptumque ad resistendum tentationi inveniat ac præcedens.

II. *Tentationes prædictæ debent successive occurrere, non simul.*

Supponimus etiam sermonem esse de pluribus tentationibus sigillatim sibi succedentibus, non simul hominem invadentibus: in hoc enim casu certum est non sequi, cum qui potest tentationes singulas ex decem seorsim & successive occurrentes vincere, possit omnes decem vincere simul irruentes, sicut nec qui tres homines sigillatim vincere potest; hodie Petrum exempli gratiâ, cras Paulum, perendie Joannem, potest omnes tres simul pugnantes superare.

III. *In multis, quod singulis partibus convenit, convenit toti.*

Advertendum, negari in multis non posse, quin si denominatio aliqua competat singulis partibus ali. ujus rei, competat ipso facto toti. Hoc per varia discurrendo clarè cernitur: sic enim si partes omnes hominis sint sanæ, homo sanus dicitur: sic si in libro aliquo propositiones seu sententiæ singulæ sint veræ, non potest liber censeri falsus, cum

hæc donominatio, nisi ab aliqua libri parte aut propositione desumi non possit, & sexcenta hujusmodi.

Negari etiam econtrariò non potest, quin aliquando denominatio aliqua competat toti, quæ non competat ulli ejus parti sigillatim sumptæ; & consequenter non competit toti ratione ullius unius partis. Hoc ut non abeamus longius, clarè constat in denominatione totius: nulla enim pars est totum; ergo hæc denominatio illi competit ratione omnium, non singularum partium: nec enim anima, nec materia, nec unio est homo, omnes simul sunt. Idem est in denominatione infiniti, multitudine siquidem infinita hominum, Angelorum, &c. non habet hanc denominationem & conceptum ab ullâ unâ parte, cum singulæ unitates sint finitæ, ut ipsa vox unitatis apertè indicat.

IV. *Denominatio aliqua competit interdum toti, quæ non competit ulli parti.*

Hoc in iis rebus univèrsim cernitur quando propositiones seu extrema supponunt copulativam, quod tunc contingit, quando terminus aliquis communis accipitur pro suis inferioribus copulativam sumptis, seu quando in resolutione enumerantur necessariò per conjunctionem copulativam non integras propositiones necentem, sed terminos simplices simul sumptos, eo quòd prædicatum propositionis de nullo singulari uno verificari possit. Sic in his & similibus propositionibus univèrsalibus, omnes orbis partes sunt quatuor, omnes Apostoli sunt duodecim, omnia elementa sunt quatuor, non sequitur id unicuique parti convenire, quod convenit toti, unde & resolutio fieri debet per conjunctionem copulativam copulativam, seu terminos singulos, non propositiones connectentem, ut ergo Europa, Asia, Africa, America sunt quatuor, non ergo Europa est quatuor &c. Aliud est in iis vocibus communibus, quæ supponunt copulativè, seu distributivè, quod tunc contingit, quando in resolutione enumerantur extrema per conjunctionem copulativam copulativè se habentem, seu conjungentem integras propositiones, ut in his, Omnis leo currit, ergo hic leo currit, ille leo currit, & alia hujusmodi secundum regulas à Dialecticis præscriptas.

V. *Declaratio in particulari quando denominatio singulari partium redundat in totum, quòd non redundat.*

Resolutio præpositivum intermedium fieri debet per conjunctionem copulativam copulativam, seu terminos singulos, non propositiones connectentem, ut ergo Europa, Asia, Africa, America sunt quatuor, non ergo Europa est quatuor &c. Aliud est in iis vocibus communibus, quæ supponunt copulativè, seu distributivè, quod tunc contingit, quando in resolutione enumerantur extrema per conjunctionem copulativam copulativè se habentem, seu conjungentem integras propositiones, ut in his, Omnis leo currit, ergo hic leo currit, ille leo currit, & alia hujusmodi secundum regulas à Dialecticis præscriptas.

Resolutio præpositivum intermedium fieri debet per conjunctionem copulativam copulativam, seu terminos singulos, non propositiones connectentem, ut ergo Europa, Asia, Africa, America sunt quatuor, non ergo Europa est quatuor &c. Aliud est in iis vocibus communibus, quæ supponunt copulativè, seu distributivè, quod tunc contingit, quando in resolutione enumerantur extrema per conjunctionem copulativam copulativè se habentem, seu conjungentem integras propositiones, ut in his, Omnis leo currit, ergo hic leo currit, ille leo currit, & alia hujusmodi secundum regulas à Dialecticis præscriptas.

SECTIO OCTAVA.

Quædam circa libertatem in tentationibus omnibus & singulis superandis.

DICO primò: potest dari necessitas in genere vel in specie, seu in tota aliqua collectione, quæ non sit in singulis, imò nec in ullo ex particularibus: Probatur primò: causa enim omnis libera completa, & proximè ad operandum expedita in instanti A exempli gratiâ, non potest non habere vel actum vel omissionem actus in illo instanti, & tamen liberè se determinat ad utramvis partem contradictionis, & ita liberè vult hoc objectum exempli causa, ut potuerit pro aliquo priori illud non velle, utroque nihilominus carere nequit, cum sint contradictoria, ergo. Quod clarè constat, si supponatur opinio illa probabilis, omissionem scilicet puram (quod de Deo passim affirmant Theologi) esse impossibile.

I. *Necessitas in genere non semper infert necessitatem in singulis particularibus.*

Probatur hoc idem secundo: stante intentione efficaci alicujus finis, non potest quis medium aliquod non eligere, & tamen ex quinque mediis possibilibus

II. *Exemplis variis ostenditur necessitatem in*

genere non inferre necessitatem in illo particulari.

possibilibus integrum ei est quodcumque voluerit eligere, ergo cum necessitate in genere, seu specie, stat indifferentia ad singula individua. Confirmatur: non potest quis saltem naturaliter, imò & ut arbitror probabilis, nec divinitus esse, & non in aliquo loco determinato, ut ostendi Disp. 33. Phys. sect. 5. liberum nihilominus unicuique est in hoc vel illo loco, imò in quocumque particulari existere; ergo, &c. Confirmatur secundò: visio beata necessitat ad amorem Dei, & tamen ut in materiâ de Incarnatione dixi, Christus ad singulos actus amoris beatifici fuit liber: quod idem in Angelis & beatis omnibus contingere videtur, qui ex pluribus actibus singularibus amoris Dei, quos vident possibiles, hunc vel illum in particulari eligere possunt, & se ad individuationem determinare, ut dixi Disp. 31. Phys. sect. 1. num. sexto.

III.

Determinatio tamen ad singula, vel etiam ad unum aliquod ex individuis tollit libertatem in specie.

Dico tamen secundò, non posse econtrâ cum determinatione ad singula, vel etiam ad unum individuum stare libertas in specie. Probatu r iisdem exemplis; si namque potentia aliqua sit antecedenter, vel ad volendum vel ad non volendum seu nolendum objectum aliquod necessitata, non est indifferens quoad specificationem, seu ad amorem illius aut omissionem amoris, vel odium, & si elicere necessariò debeat hunc actum amoris in particulari, non est similiter indifferens quoad exercitium: quemadmodum etiam, si quis necessariò debeat esse in hoc loco, non est indifferens ut sit in quocumque; & sic de aliis: ergo licet necessitas in specie non tollat libertatem circa ullum ex singularibus, necessitas tamen omnium, vel etiam unius ex singularibus tollit libertatem in specie.

IV.

Nullus potest antecedenter necessitari ad peccandum, etiam in genere.

Dico tertio: non potest quis antecedenter physicè necessitari ad peccandum in genere pro certo aliquo instanti, quantumvis operationes singularè in particulari relinquuntur liberè. Sensus Conclusionis est, non posse aliquem ita determinari antecedenter ad unum aliquem indeterminatè ex duobus actibus malis in instanti B. exempli gratiâ eliciendum, ut illum exercendo peccet.

V.

Ostenditur non posse quemquam, no quidem in genere necessitari ad peccandum.

Ratio est: illi quippe actus vel sunt in malitiâ æquales, vel inæquales; si hoc secundum, licet peccare quis possit eligendo id quod est gravius, cum tamen ad hoc non necessitetur, sed possit eligere minus grave, non necessitatur ad peccatum, ut in materiâ de penitentiâ dixi, dum de perplexo inter duo peccata. Si verò actus hi sint in malitiâ æquales, quamcumque is elicit, non peccat, ut latius ostensum est loco citato: Primò quia licet illic sit libertas, solùm tamen est in genere entis, non moris, si etenim Petrus necessitetur ad unum è duobus aureis dandum in elemosynam, quis eum dicat esse laude dignum, quòd hunc potius det quàm alterum, alioqui & Sancti in Cælo erunt laude digni, quòd ex pluribus actibus amoris, numero tantum distinctis, qui juxta probabilem sententiam sunt in eorum potestate, ut in iis se determinent ad individuationem, hunc eligant præ aliis omnino æqualibus.

VI.

Ad peccandum, sicut ad merendum libertas requiritur, non in genere entis tantum sed in actu.

Probatu r assertio secundò; quisquis namque peccat, est vituperio dignus, at verò homo in his circumstantiis, quequid eligit, reprehendi non possit, quid enim faceret, cum si Scyllam vitet, incidere necessariò debeat in Charybdim. Ad peccandum itaque, & vituperium requiritur, vel libertas omnimoda, vel talis, ut sit inæqualitas aliqua in objectis, ad quæ est illa determinatio antecedens, ita ut electio unius præ alio, sit in

affirmatione morali diversa. Ratio verò à priori est, quia homo iste, quantumvis liberè feratur in hunc actum, potius quàm alium, non tamen habet ullum affectum in malum, sed si posset, vellet omne malum hic & nunc vitare, si enim ita esset animo affectus, ut eundem actum hic & nunc eliceret, etiam si ejusmodi ei necessitas non incumberet, peccaret; jam verò malum inivitus facit, nec ullo modo ad illud afficitur: quis ergo ei judicaverit imputandum. Hæc latius prosecutus sum loco proximè citato, ubi cum Patre Sanchez, Cardinale de Lugo, & aliis ostendi perplexum inter duo peccata æqualia, quodcumque è duobus fecerit, non peccare. Unde in illo priori non necessitatur ad peccandum, nisi materialiter, id est ad unam ex iis actionibus eliciendum, quæ in sensu diviso perplexitatis, & necessitatis, esset peccatum.

Hic homo quo d'facit, inivitus facit, & nullo modo est affectus ad malum.

SECTIO NONA.

Positne in aliquâ collectione operationum successivarum dari necessitas ad peccandum.

DICO quartò: non potest esse necessitas antecedens & Physica ad peccandum in totâ aliquâ collectione, decem actuum exempli gratiâ, sibi succedentium, si maneat libertas ad resistendum singularis. Unde in hoc casu, qui potest tentationes singulas vincere, potest omnes. Hæc Conclusio directè respondet quæstioni, & probatur primò: posito enim quod novem priores tentationes vicerit, potest decimam antecedenter vincere vel non, quam supponimus non esse gravio rem præcedentibus, sed fortasse minus gravem: si non potest eam vincere, ergo antecedenter in his circumstantiis necessitatur ad succumbendum decimæ, & consequenter ei cedendo non peccat: si verò etiam decimam potest hic & nunc antecedenter vincere, ergo potest vincere omnes, habet namque potentiam antecedentem ad vincendum reliquas, ut constat, cum eas de facto vicerit, ab actu autem ad potentiam semper valet consequentia, sed suppositâ victoriâ illarum habet etiam in sensu composito potentiam antecedentem vincendi istam, ergo &c.

I. *Qui tentationes singulas potest vincere, vincere potest omnes.*

Hic habet potentiam antecedentem ad omnes tentationes vincendas.

Secundò probatur à contrariò: verificatio hujus propositionis universalis, *Petrus potest vincere has decem tentationes*, pendet de facto à potentiâ vincendi hanc ultimam; quantumcumque enim habuit potentiam vincendi novem priores, si tamen non habeat potentiam vincendi hanc, seu decimam, propositio illa est falsa, idque ratione hujus in particulari, ergo similiter in his circumstantiis verificatio hujus propositionis negativæ, *Petrus non potest vincere omnes decem tentationes successivè accedentes*, pendet ab impotentiâ, ad hanc vincendam: sicut enim negatio potentiæ ad hanc, sufficit ad reddendam propositionem affirmativam falsam, ita affirmatio potentiæ ad hanc sufficet ad reddendam falsam propositionem negativam.

II. *Si non potest vincere decimam tentationem, hæc propositio, Potest vincere decem, est falsa.*

Confirmatur: in aliis enim successivis valet ab enumeratione omnium partium, sigillatim sibi succedentium, ad totum; sic enim evidenter sequitur, vixit quis hoc mense, & novem præcedentibus, ergo vixit decem mensibus, occidit decimum, cum antea novem occidisset, vixit decimam tentationem, posito quod novem vicerit,

III. *In successivis ab enumeratione singularium partium valet ad totum collectionem.*

ergo

ergo vicit decem, & alia hujusmodi: ergo etiam valet, potest vivere decimo mense, occidere decimum inimicum, vincere decimam tentationem, ergo potest vivere decem mensibus, &c.

IV. *Exemplis variis ostenditur, ex potentia ad singula super valere consequentiam ad potentiam respectu totius.*

Tertiò probatur: in novem tentationibus præcedentibus à potentia vincendi nonam sequitur ad potentiam vincendi totam collectionem novem tentationum, ergo & à potentia vincendi decimam valebit ad potentiam vincendi omnes. Confirmatur: tota ratio cur non possit quis hic & nunc vincere decem tentationes, sita est in hac ultima, nec enim sita est in ulla ex præcedentibus, cum de facto singulas vicerit, sicque habuerit potentiam illas vincendi; nec consistit in tota collectione illarum novem, quia etiam illam collectionem vicit, sicque non singulas tantum tentationes, sed omnes, & consequenter potuit similiter eas vincere, ergo sicut si vinceret decimam vinceret omnes, ita si possit eam in his circumstantiis vincere, poterit similiter vincere omnes. Confirmatur secundò: si quis positus in loco aliquo centum ponderibus aequalis gravitatis, postquam reliqua omnia levaverit, potest levare centesimum, nullus negabit quin possit centum illa pondera copulativè sumpta, seu unum post aliud successivè levare, licet ea levare nequeat copulativè, ergo idem est in præsentibus.

V. *Clara hinc in parte est differentia inter res successivas & permanentes.*

Et per hæc patet diversitas inter permanentia, seu ea ad quæ est potentia pro eodem instanti, & successiva, seu quæ exercenda sunt pro diversis temporibus, & quomodo in illis libertas ad singulas partes non arguat libertatem in communi, seu ad omnes: nam in ubicatione exempli gratiâ, amore in patriâ, & similibus, de quibus supra, quocumque instanti reali habet quis plura individua, in quibus exerceat libertatem, in hoc autem casu, seu in successivis nullum aliud est; ita ut, si vitet aut superet hanc tentationem, alia non restet, sicut restant plura loca, vel actus amoris, in quibus pro aliquo priori hujus instantis, vel temporis esse, aut exercere libertatem potuisset.

VI. *Pluribus ostenditur se posse quis vincere decimam tentationem, posse eum vincere omnes.*

Dices: nunquam vidimus quemquam in hoc statu vicisse omnes tentationes collectivè, ergo antecedenter non potest eas sic vincere. Contra: nec vidimus unquam vicisse eas distributivè, ergo nec potest vincere distributivè. Quod autem homo potentia physicâ possit collectivè, hoc sensu omnes vincere, seu decimam postâ victoriâ reliquarum, patet, nam alioqui, ut dixi, non peccaret ei cedendo, ergo sicut homo quispiam ipso facto quòd habeat potentiam antecedentem vincendi Joannemposito quòd Petrum & Paulum prius successivè vicerit, habere dicitur potentiam antecedentem vincendi tres homines copulativè seu collectivè sumptos, ita & in præsentibus.

VII. *Ratio à priori cur qui habet potentiam ad singula, habeat ipso facto potentiam ad totam collectionem.*

Ratio demum à priori est, quia servare totum distributivum, seu copulativum decem præceptorum exempli gratiâ modo dicto in successivis, nihil aliud est, quam servare singulas ejus partes, prout successivè & seorsim servandæ occurrunt, eo enim modo servare eas debet, quo illæ servari possunt, sed non possunt alio modo servari, quam successivè, & eo ordine quo occurrunt, ergo. Unde ipso facto quòd potest singulas partes servare, potest servare ejusmodi totum, nec excogitari potest, quo pacto quis hoc totum servare possit, nisi servando singulas illius partes sibi invicem succedentes. Quod verò hac in parte dixi de potentia physicâ, suo modo verum etiam est de morali.

Quod de potentia physicâ dixi, suo modo verum est de morali.

SECTIO DECIMA.

Argumenta contententia totam collectionem tentationum superari antecedenter non posse.

OBJICIES primò: experienciâ compertum est, neminem unquam sine gratiâ mandata omnia servasse, ergo aliquid est in illâ collectione, ratione cujus hoc præstare nequeat. Respondetur primò juxta rationes jam dictas in præcedentibus, ideo servari non posse totam collectionem, quia intra diuturnum tempus semper occurrit tentatio aliqua gravis, vel præceptum naturale difficile servandum, ratione cujus tota collectio servari nequeat, quæ juxta dicta ut servari non possit, deficere debet in aliquo particulari, sicut ut servari possit collectio, debet posse servari unumquodque singulare. Secundò: quia, ut etiam dictum est, quando plures tentationes, licet non adeo graves, sibi immediatè succedunt, tædium ac defatigationem sua importunitate causant, ratione cujus tandem uni alicui ceditur, sicque ratione unius cujusdam tentationis, quæ moraliter hæc & nunc servari nequit, dicitur tota collectio impossibilis moraliter quæ servetur, & quo gradu servari possunt, aut non possunt singula successivè, potest aut non potest servari collectio; hæc enim pari semper passu procedunt.

I. *Ratio cur tota collectio servari nequeat, est quia intra diuturnum tempus gravium tentatio occurret, juxta dicta.*

Intorram servari nequit collectio ratione tædii.

II. *Hæc impotentia est partim antecedens, partim consequens.*

Hoc in ordinem ad effectum morales pervenit, ac si effectus simpliciter impossibilis.

Tertiò respondet Vasquez d. 189. cap. 7. Albertinus Corollario primo & quinto principio philosophico, difficultate 1. & 2. & alii, hoc procedere non ex impossibilitate aliqua purè antecedente, sed vel consequente, vel partim antecedente, partim consequente: quod antecedit est tentatio aliqua occurrens, etiam non admodum semper gravis & imbecillitas naturæ humanæ, sibi relicta, summaque ejus propensio ad peccandum: consequens verò est, inquit suppositio illa universalis, quod scilicet nullus unquam hominum sine gratiâ tentationes omnes per diuturnum tempus vicerit, sed semper in aliquo ceciderit, ex quo habetur, voluntatem humanam merè ex suâ libertate, atque adeo consequenter velle in aliquo semper cadere, quâ de causâ moraliter, seu in ordine ad morales effectus sperandi contrarium, vel consultantem de eo vitando sine gratiâ, perinde se habet atque fresset simpliciter impossibile: quam ob rem ad speciale Dei auxilium in hisce semper est recurendum.

Objicies secundò: Aristotelem 2. Cœli cap. 12. textu 12. dicentem facillè non esse hominem diu rectè agere, sicut, inquit in jactu alexæ facillè est idem signum uno aut altero jactu reddere, at reddere idem millies, impossibile. Respondetur hoc non facere contra nos, qui ratione tentationis gravis, aut præcepti difficilis, semper intra tale tempus occurrentis, vel ob defatigationem dicimus id homini non esse factu facile. Ad illud de jactu alexæ dico hoc potius confirmare nostram sententiam: cum enim quod idem jactus sapius reddatur, proveniat ex eodem modo movendi brachium in iisdem planè circumstantiis, & eadem parte tabulæ, motus autem brachii ab imaginatione pendeat & phantasiâ, quam laboriosum est diu eodem modo retinere, nil mirum si nobis sit difficile, imò moraliter impossibile sapius idem signum reddere, quod tamen Angelo esset facillimum. Potentia verò ad vincendas tentationes, ut supponimus, semper manet integra, imò eadem.

III. *Aliud est de eodem jactu alexæ facillè reddendo, aliud de nostro casu.*

Exemplum jactus alexæ facillè contra adversarios.